

Nicolai Grammatici Patriarchæ Synodica, *περὶ τῶν*
Κανονῶν, „ De præstatione Canonicoꝝ, mense No-
 „ vembri, die xv. Indictionis x. Præsidente Nicolao
 „ sanctissimo & universali Patriarcha in minore Secre-
 „ tario, adfidentibus ei religiosissimis Metropolitanis,
 „ Ancyrano, Cyziceno, Claudiopolitano, Christianopo-
 „ litano, Rhosæ; atque item Archiepiscopis, Leonto-
 „ politano, Sugdaje, Rhosii; adstantibus & dominicis
 „ Magistratibus. Existimabant quidem nonnulli per pro-
 „ vinciam religiosissimi Episcopi, se non parum ex Sy-
 „ nodali præcepto, quod olim de Canonici præstatione
 „ sub beatæ memoriæ Patriarcha Domino Alexio fuit
 „ expositum, damni percipere, veluti quod factis de-
 „ inceps sacris & Imperatoriis ad Orbis universi ci-
 „ vitates Sanctionibus, per Aureas Bullas munitis, ad-
 „ versari videretur: quatenus illud decretum Synoda-
 „ le, Canonici nomine nummum aureum unum a Sacer-
 „ dote dumtaxat exigendum statuit, Diaconis & Sub-
 „ diaconis nihil præsentibus, & a quolibet eorum qui
 „ ordinantur, si Lector sit, nummum aureum unum;
 „ si Diaconus, nummos tres similes; si Presbyter, alios
 „ tres nummos consimiles, sumendos; *ὅπερ διακοπῆς*,
 „ alimenti nomine, decernit ab eo qui ordinat. Quan-
 „ doquidem si maxime mercedem, non tamen & vi-
 „ vendi sumtus excludit Evangelium. Aurea vero Bul-
 „ læ piis a Principibus promulgata, tum appendicem
 „ quãdam invenerere deinceps ad ea, quæ ab ordinan-
 „ dis præstantur; tum debitas a Laicis primitias, *ἀναρ-
 „ χὰς*, Canonici nomine iis indito, statuerunt ab eo-
 „ rum quolibet exigendas, pro modo facultatum ejuſ-
 „ que, ac reverendissimis Sacerdotibus præstandas. Sed
 „ quum in Synodo hi comparuissent, & Imperatorias
 „ Sanctiones in medium proposuissent, prætereaque ve-
 „ tultiora decreta Synodalia, relegendi petuissent, nullum
 „ eis paruit in exactione Canonicoꝝ præjudicium in-
 „ de adferri. Quippe Synodalia quidem decreta exa-
 „ ctionem Canonici a Laicis prohibere videntur, dum
 „ mentionem horum nullam faciunt veluti sacris literis
 „ inter-